

## Papsturkunden in Frankreich. Band 5: Touraine, Anjou, Maine und Bretagne., Nr. 197

LVCIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS IOSBERTO ABBATI SANCTE MARIE DE ROTA DE BOSCO EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM.

Quociens a nobis etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo prescripta ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, sicut illum quondam bone memorie Reginaldus Rotb(erti) Burgundi filius eiusque successores uobis uestrisque successoribus liberum et ab omnibus consuetudinibus exceptum in perpetuum possidendum tenendumque concessit et priuilegii sui munimine roborauit, capellam sancti Georgii de Peletroia, capellam sancte Marie Magdalene, quam nobilis uir Mauritius Creonen(sis) fundauit in eodem castro et uobis dedit, ecclesiam de Liureto ab omni iure episcopali immunem, sicut eam pie recordationis Vlgerius Andegauen(sis) episcopus uobis dedit et concessit et scripti sui munimine roborauit fauentibus Rich(ardo) archidiacon(o) et F. archipresbitero, cum omnibus earum pertinentiis, capellam de ponte Viuiani, capellam sancti Dionisii de Blocheto, capellam de Burgo nouo, ecclesiam de Chamazeio, capellam de Moleriis, capellam de Burgo Philippi, capellam sancti Iohannis et capellam sancti Audoeni apud Chamazeium, ecclesiam sancti Saluatoris, capellam de Ferreria cum omnibus possessionibus suis et decimis eiusdem cimiterii, quas uobis dedit Aalardus miles bone memorie, et stagnis et molendinis, que composuit Michael abbas bone memorie suis expensis, capellam sancte Trinitatis, que est apud Giurchiam, cum omnibus illis possessionibus, quas uobis donauit Bernardus Buxu(m) bone memorie, ecclesiam de Roalderia, ecclesiam de Villa portus, ecclesiam sancti Petri de Bremio, ecclesiam de Fonte Cooperto, ecclesiam de Abrissello, capellam sancte Marie Magdalen(e), que est apud Redon(um), capellam de Rupe Gifardi, capellam sancte Marie Magdalen(e) de Brellengaud(o), capellam sancti Eudonis, capellam de Escren(o), capellam de Brelloposton(o), ecclesiam de Comis, ecclesiam de Marigneio, capellam sancti Lamberti, capellam sancte Marie de Plesseiac(o) Milessend(is), capellam sancti Auiti, obuentiones quoque totius terre et territorii, quod dicitur Perperu(m), capellam sancte Trinitatis de Quiueto, ecclesiam sancti Germani, capellam de Charzeio, ecclesiam de Auesseio, capellam de Voluta, ecclesiam sancti Audoeni de Campania, capellam sancti Georgii de Villa Dei, capellam sancti Iohannis de Longo Alneto, ecclesiam sancti Petri de Vall(e), ecclesiam sancti Germani de Daona, capellam sancte Marie Magdalene, que est in eodem uico, capellam de Chanzell(o), capellam sancte Marie Magdalen(e) de portu Sononie, capellam sancti Bartholomei de Villa Bon, capellam sancti Georgii de Balutis, ecclesiam sancti Hylarii de AEstricheio cum omnibus pertinentiis et possessionibus suis, terciam quoque partem omnium obuentionum parrochie Siluestris et prolationem reliquiarum ad sacramenta prestanda in capella sancti Gauterii, decimani, quam uobis reliquit Isembardus miles in parrochia capelle Creonen(sis), sicuti eam integre possidebat, decimam quoque, quam Iohannes Chaorcis uobis dimisit et concessit, in parrochia Astillei, sicuti eam integre possidebat, capellam de Ferreriis cum omnibus supradictarum pertinentiis et possessionibus, ecclesiam beate Marie apud Andegaui(m) cum omnibus possessionibus suis, capellam de Roseto, terras de Longo Fulco cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis. Preterea quicquid uobis predictus Reginaldus Rotb(erti) Burgundi filius

in foresta, ubi fundata est ecclesia uestra, donauit siue in lignis ad omnia necessaria seu in pascuis ad omnia animalia uestra nutrienda, immunitatem quoque omnium possessionum, quas in suo feudo seu iure proprio acquisistis uel acquirere poteritis, uobis uestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Sane noualium etc. Prohibemus insuper, ut n[un]lli fratrum etc. Inhibemus etiam, ne quis in uos uel ecclesias uestras excommunicationis seu interdicti sententiam sine manifesta et rationabili causa proferendi habeat facultatem. In parrochiis uero uestris sine auctoritate diocesani episcopi et assensu uestro ecclesiam uel oratorium fieri prohibemus, saluis tamen priuilegiis Roman(orum) pontificum. Preterea liceat uobis clericos etc. In parrochialibus autem ecclesiis, quas habetis, liceat uobis e claustro uestro sacerdotes eligere et in eisdem ponere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, uobis autem de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum etc. Sepulturam quoque etc. Obeunte uero te etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN AMEN.

R. Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. BV.

Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufin(e) sedis episcopus ss.

Ego Henricus Albanen(sis) episcopus ss.

Ego Teobaldus Hostien(sis) et Velletrien(sis) episcopus ss.

Ego Iohannes presb. card. tit. sancti Marci ss.

Ego Laborans presb. card. s(ancte) Marie trans Tiberim tit. Calixti ss.

Ego Pandulfus presb. card. tit. basilic(e) XII apostolorum ss.

Ego Arditio diac. card. sancti Theodori ss.

Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diac. card. ss.

Ego Soffredus sancte Marie in uia lata diac. card. ss.

Ego Albinus sancte Marie noue diac. card. ss.

Dat. Veron. per manum Hvgonis sacrosancte Romane ecclesie notarii VIII kal. septembr., indictione IIa, incarnationis dominice anno Mo. Co. LXXXIIIo, pontificatus uero domni LVCII pape III anno tercio.